



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Respublica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Residere censetur, qui abest propter Ecclesiæ suæ negotia
e. ex part. de cler. non resid. Syl. l. c. 9. 7.

Potest Episcopus abesse ob suæ, vel universalis Ecclesiæ
necessitatem, & ut alienæ succurrat, modo sine suæ detrimen-
to, vid. *Trid. l. c. num. 3. Nav. l. c.*

Qui non residet, tenetur per alium tot Missas dicere, at
quot residens tenebatur.

Excusat in collegiatis non insignibus à non residentia
consuetudo immemorabilis, & redditus tenues, qui Canonici
alere non possunt. *Ex congr. Cont.*

Resignatio beneficii.

Vide v. *Simoniam.*

A D D I T I O.

Respublica.

Prohibita universitate, non censentur prohibiti singuli, nec
pactum inter regem & communitatem obligat singulos
communitatis.

Respublica potest pro bono communi rem unius alteri dari
re. Unde non facile damnanda statuta, quæ videntur iniqua
aut usuraria, ut monet Cajet. vid. quæ de re simili scribit. *Syl.
usu. a. 1. num. 30.*

Reip. impuratur, quod facit princeps, unde ob hujus pec-
catum interdum punitur.

Restitutio.

Vide v. *Alienatio, Contractus, Furtum, Homicidium, Pro-
scriptio.*

1. Restitutio est actus justitiæ commutativæ, quo res acce-
pta restituitur, vel damnum illatum compensatur ei cui de-
betur: deo vocatur repositio seu constitutio in pristino statu.
Duplex est justitia, commutativa seu particularis, cujus vio-
latio cum damno alterius semper obligat ad restitutionem, &
generalis seu legalis, quæ non obligat, nisi quando eam vio-
lans tenetur ex officio conservare bonum commune, ut acci-
dit